

Imago Dei -- Scotus -- theoria scientiae.

l d 3 q 4 n 7 (Vives 1893, 9: 173 ff)

Quantum ad certitudinem de principiis dico sic, quod termini principiorum per se notorum talem habent identitatem, ut alter evidenter necessario alterum includat; et ideo intellectus componens illos terminos ex quo apprehendit eos, habet apud se necessariam causam conformitatis illius actus ad ipsos terminos quorum est compositio, et etiam causam evidentem illius conformitatis; et ideo necessario patet sibi conformitas illa cuius causam necessariam et evidentem apprehendit in terminis...

174 n 8

Habita evidentia vel certitudine de principiis primis, patet quomodo habetur de conclusionibus illatis ex eis, propter evidentiam formae syllogismi perfecti, cum certitudo conclusionis tantummodo dependeat ex certitudine principiorum et evidentia illationis.

Sed numquid in ista notitia principiorum et conclusionum non errabit intellectus, si sensus decipiantur omnes circa terminos?

Respondeo quod quantum ad istam notitiam, intellectus non habet sensus pro causa, sed tantum pro occasione, quia intellectus non potest habere notitiam simplicium nisi acceptam a sensibus, illa tamen accepta potest simplicia virtute sua componere; et si ex ratione talium simplicium sit complexio evidenter vera, intellectus virtute propria et terminorum assentiet illi complexioni, non virtute sensus a quo accipit terminos exterius.... Imo dico quod si omnes sensus essent falsi, a quibus accipiuntur tales termini, vel quod plus est ad deceptionem, aliqui sensus essent falsi et aliqui sensus veri; intellectus circa talia principia non deciperetur, quia semper haberet apud se terminos, qui essent causae veritatis...

no9 p 176

Experiende limited to a many, not of all; certain conclusion from the premise that what results from a natural cause ut in pluribus is its effect

n 11 p 179

Same premise used to prove that sense objects are objects and not mere illusions.

n 10 Even when seeing is illusory we are certain that we see.

Note: Hence necessity of intellectual apprehension of objects. cf. Gilson, Hoenen.

Scotus, productio in divinis. In I, h. 2, art 2; Farnaber 252A-30A pp 240-51

E. Gilson, Avicenne et le point de départ de Duns Scot,
Arch. d'hist. doct. et litt. du M.-A., 2(1927)89-149

1. L'objet de la métaphysique	91
2. L'être et le premier objet de l'intellect	100
3. La valeur de la connaissance empirique	117
4. Le sensible et l'universel	129
5. Avicenne et Duns Scot	146

a) Fallacy of language.

Problem is not to explain language, any more than any other particular artefact. To explain language is no more relevant than to explain an adding machine.

Explanation will suppose use of language, and one must explain first what is first; but what is first ~~first~~ is not the terms one uses in describing what is first, nor even in defining. All definition supposes a minimum vocabulary that has to be supposed known, even though in an ideal dictionary there is no term that is not defined.

This is the radical problem in medieval theory of knowledge, for it sets up a gravitational field in favour of justifying words. A mind based on text-book logical and pedagogical arrangement is the easiest mind to explain.

cf. texts on primo etc.

cf. also Avicenna, Metaph., Tr. I, cap. 6; f. 72 v a Opera omnia, Venetiis 1508; cited by Gilson, loc. cit. p. 109 note 1.

Rejection of the definition "res est id de quo potest aliquid vere enunciari" because "potest aliquid" and "vere enunciari" are minus nota. The structure of science is indeed from the notiora to the minus nota (quoad se) but such principles are to be applied with intelligence at border-lines and limits.

b) Proper object of intellect

L'argument qui veut que toute faculté ait un objet propre est d'une importance décisive dans la pensée de Duns Scot.

L'Opus Oxoniense présentera plusieurs fois le problème sous cet aspect: ou bien L'être est univoque, ou bien l'intellect n'a pas d'objet premier et qui lui appartienne en propre.

BL e.g. 1 d 3 q 3 n 6 Vives 9, 102

Scotus contends for an univocity such that will satisfy the principle of contradiction; it cannot be both affirmed and denied of the same.

Gilson, loc cit p 112

Gilson, Avicenne ... Scot, loc cit p 146

L'effort de Duns Scot consiste essentiellement, sur ce point, (la valeur de la connaissance), à insérer dans le schéma dressé par Aristote une conception avicennienne de la réalité. De l'aristotélisme, nous retrouvons ici tous les éléments fondamentaux: nécessité de l'objet et de son espèce, origine sensible de la connaissance, distinction de l'intellect agent et de l'intellect possible, production de l'espèce intelligible par l'intellect agent et du concept par tout l'intellect. Et cependant, lorsqu'on en arrive au point décisif où il s'agit de savoir si l'espèce de l'objet est de l'individuel que l'intellect universalise, on quitte l'aristotélisme thomiste, parce que l'espèce offerte à l'intellect par l'objet extérieur est celle d'Avicenne, et non celle de saint Thomas. Sur l'espèce sensible thomiste, qui porte en soi les indices de sa singularité, il fallait nécessairement qu'une abstraction transformatrice vînt s'appliquer pour la rendre intelligible: dans la nature indéterminée d'Avicenne, au contraire, qui n'est de soi ni universelle ni singulière, l'intellect agent peut lire à livre ouvert l'intelligible d'où naîtra le concept. Ainsi dans la noétique de Duns Scot, Avicenne ouvre la voie, par où se réintroduit dans un cadre emprunté à Aristote l'inspiration profonde de saint Augustin.

BL. Scotus is wrong, first because of his book-on-logic prepossessions of what intellect is, second because he makes the species intelligibilis an id quod cognoscitur, third because he provides no machinery for the operation of "seeing an identity of concepts" Gilson is interested in the Augustinisme avicennisant.

Gilson p.148: Scotus belongs to tradition of Avicennian thought: he differed from Thomas because of difference of starting-point; he criticized Thomas not a parti pris but as a result.

BL Scotus can make the species an id quod because of his view on the species sensibilis and the Avicennian view of objective nature which of itself is neither singular nor universal.

On scientific method, Scotist Method of Difference Gilson 127

, Imago Dei -- Scotus

Mind modelled on text-book on logic.

Dicendum quod non habet (scil. anima) aliam cognitionem naturalem, secundum naturam suam, neque simplicium, neque complexorum, quia omnis nostra cognitio ortum habet ex sensu. Primo enim movetur sensus ab aliquo simplici, non complexo, et a sensu moto movetur intellectus, et intelligit simplicia, quod est primus actus intellectus; Deinde post apprehensionem simplicium, sequitur alius actus, qui est componere simplicia ad invicem; post illam autem compositionem, habet intellectus ex lumine naturali, quod assentiat illi veritati complexorum, si illud complexum sit principium primum.

Metaphys., lib. 1 q. 10, n. 2; t. IV, 551; Gilson loc cit p 101 n 3

5

Imago Dei -- Scotus apud Hoenen Greg 20(1939)162

* iuvat cognitio experimentalis: ut citius assentiatur principio affirmativo, si per sensum cognoscatur coniunctio extremorum in sin gulo: negativo, si disiunctio: sed non est necessaria nec ipsa nec aliqua apprehensio sensitiva. Licet enim numquam per aliquem sensum videatur haec affirmatio vel negatio, nec eorum separatio in re, si tamen ex sensibilibus apprehenditur affirmatio, vel negatio, et intellectus comprehendat hanc propositionem "De omni est affirmatio vel negatio vera" assentitur isti. Et etiam ubi sensus percipit coniunctionem singularium terminorum in re, adhuc certius adhaeretur principio complexo per naturale lumen intellectus, uam propter aliquam apprehensionem sensus.

Scotus, In metaphys. quaestiones subtilissimae. Opera omnia, ed. Lugd. 1639, T. IV, p 530b sq.

* "negativa si disiunctio" elliptice dicitur pro "citius assentiatur principio negativo si per sensum cognoscatur disiunctio extremorum in singulo" BL

Haec Scoti opinio sustentebatur ab Antonio Andrea, discipulo immediato, qui citatur apud Caietanum et iterum apud Hoenen pp 160s. Deinde scdm Matrium facta esse generalis apud Scotistas (citatio apud Hoenen p 163)

Gilson, Avicenne et le point de depart de Duns Scot

Metaphys lib. 1, q 4, n 4

idem textus/citatur t. 2 p. 122 n. 1 ex MS;

loco "in singulo" legit "in singularibus"

loco "eorum separatio in re" legit "eorum separatio in se"

Etiam citat: Metaphys lib 1 q 4 n 16 (IV: 534)

P
Contra: saltem prius tempore intellectus adhaeret singulari propositioni, antequam principio probato per inductionem. -- Dic quod verum est de cognitione sensitiva, qua cognoscitur coniunctio terminorum extra. Sed ista cognitio est occasio cognitionis principii, non causa; unde inductio est hic non simpliciter, quia universalis forte est prima et immediata, singularis tantum per se et mediata; nec forte probatio dicitur sed manductio, quia quodcumque iste intelligit principium, magis adhaeret illi quam singulari inducenti. Gilson p 122 note 1

Si enim in apprehensione sensus esset error, et intellectus iudicaret sensum errare in hoc, et tamen a sensu errante acciperet notitiam simplicium, et illa componeret ex sua virtute, adhuc intellectus circa illud principium non erraret, quantum ad veritatem compositionis. Quoad conclusiones, cognitio sensitiva est necessaria propter apprehensionem simplicium sicut prius dictum est, sed non est necessaria quoad veritatem compositionis.

Metaphys 1 q 4 n 5 Gilson 123 note 1 (IV: 531)

Intellectus iudicat de actu sensus per notitiam ab actu sensus acceptam occasionaliter, vel quoad apprehensionem simplicium, non quoad compositionem principiorum et conclusionum.

Metaphys 1 q 4 n 13 Gilson ibid (IV: 533)

See also Gilson p. 126

- q. 6 Utrum in parte intellectiva sit memoria proprie sumpta, id est intellectus habens speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi. p 232
- q. 7 Utrum pars intellectiva vel aliquid eius sit causa gignens, vel ratio gignendi notitiam actualem p 335
- q. 8 Utrum principalior causa notitiae sit obiectum in se, vel in specie, vel ipse intellectus p 398
- q. 9 Utrum in mente sit imago Trinitatis p 403

Theoria Scoti cognitionis.

Intellectus agens et phantasma imprimunt speciem ut obiectum futuri actus intelligendi; pars intellectiva et species (qua obiectum) concurrunt ad productionem qualitatis quae est intellectio seu actus intelligendi.

Declaratio q 6

236a Intellectus potest habere obiectum actu universale, perfecte sibi praesens in ratione obiecti prius naturaliter quam actu intelligat; ex hoc sequitur propositum, quod in illo priori habet obiectum sibi praesens in specie intelligibili, et ita habet speciem intelligibilem priorem actu. Antecedens assumptum videtur satis manifestum, quia obiectum in ratione obiecti est prius naturaliter actu; igitur universalitas, quae est propria conditio obiecti in quantum obiectum, praecedit actum intelligendi, et sub illa ratione oportet obiectum esse praesens, quia praesentia obiecti praecedit naturaliter actum intelligendi. Consequentiam probo, primo ex parte universalitatis obiecti. Secundo ex parte praesentiae. Ex parte universalitatis obiecti arguo sex viis, quarum duae primae sumuntur ex parte phantasmatis repraesentantis, et duae ex parte intellectus agentis, et duae ex parte communioris et minus communis.

236b (Prima via) .. phantasma quod de se repraesentat obiectum sub ratione singularis, non potest ipsum repraesentare ratione universalis.

238b (altera via) .. repraesentativum secundum totam virtutem suam repraesentans obiectum aliquod sub una ratione, non potest simul repraesentare idem vel aliud sub alia ratione obiecti; sed phantasma in eodem instanti in quo intelligitur universale, secundum totam virtutem suam repraesentat obiectum ut singulare virtuti phantasticae, quia tunc est actualis imaginatio illius obiecti in singulari;.... igitur tunc non potest repraesentare obiectum sub aliaratione repraesentabilis.

243a (tertia via) .. intellectus agens nihil causat in phantasmatis, quia illud receptum esset extensum, et ita intellectus agens non transferret obiectum ab ordine in ordinem, nec illud esset magis proportionatum illi intellectui possibili quam phantasma; ergo est (id quod causatur) in intellectu possibili, quia nihil recipitur in intellectu agente. Illud autem primum causatum non potest poni actus intelligendi, quia primus terminus actionis intellectus agentis est universale in actu; universale autem in actu praecedit actum intelligendi, sicut praedictum est in antecedente, quia obiectum sub ratione obiecti praecedit actum

243b

243b (quarta via) .. intellectus agentis est facere de non universali universale... talis actio intellectus agentis terminatur ad formam aliquam realem in existentia, quae formaliter repraesentat universale sub ratione universalis

247b (quinta via) .. contingit habere actum circa universalis, eo modo quo respicitur ab habitu illo universaliori, non habendo actum circa minus universale.... Sed si praecise intelligeretur obiectum in phantasmate, numquam esset maius universale praesens/a nisi in minus universalis, quia numquam nisi in singulari phantasiabili; ergo est praesens in specie intelligibili existente in intellectu.

248a (sexta via) .. quodcumque universale conceptum in singulari, vel communius in minus communi, non concipitur secundum totam suam indifferentiam. Potest autem intellectus concipere illud secundum totam suam indifferentiam; ergo non concipitur praecise communius in minus communi, vel universale in singulari; et ita non concipitur universale in phantasmate...

250 (ex praesentia obiecti) .. Aut intellectus potest habere obiectum sibi praesens in ratione obiecti intelligibilis absque hoc, quod sit praesens alicui potentiae inferiori, aut non. Si non, igitur non potest habere aliquam operationem sibi propriam sine potentiis inferioribus, quia si non potest habere obiectum suum praesens sine eis, non potest habere operationem sine eis secundum argumentum Philosophi in 1 lib. de Anima, unde non contingeret intellectum separari a corpore sicut perpetuum a corruptibili, nisi posset habere operationem propriam non dependentem a parte sensitiva. Si autem potest habere obiectum praesens absque eius praesentia potentiae inferiori; ergo habet. Haec consequentia probatur... (ex sufficientia int agentis et phantasmatis ad producendam speciem intelligibilem)

sensus communis habet colorem sibi praesentem, non tantum in quantum est praesens visui, sed quia habet speciem eius praesentem in organo sensus communis... (a fortiori)

Intellectus, certum est quod non potest habere operationem nisi circa obiectum sibi praesens, et per te non potest habere obiectum sibi praesens nisi in virtute phantastica; virtus autem phantastica contingenter coniungitur intellectui, in quantum potentia est; igitur intellectus in operatione sua dependet ab illa potentia, cui contingenter coniungitur, et ita haec portio ponit in ea imperfectionem potentiae cognitivae....

250 Licet autem hoc suppositum quod est homo, posset habere obiectum sibi praesens in phantasmate, quia homo est, tamen natura intellectualis hominis ut intellectualis est, non habet obiectum sufficienter sibi praesens, si non habet ipsum nisi praesentia mendicata a virtute phantastica. Hoc igitur multum vilificat naturam intellectivam ut intellectiva est, quia removetur ab ea illud quod est perfectionis in potentia cognitiva, et invenitur in potentia sensitiva ut in virtute phantastica...

252ss (Praesentatur opinio Scoti directe)

273a Quod additur de Philosopho quod speculamur quod quid est in phantasmataibus, etc., pro omnibus talibus auctoritatibus, dico quod talis est connexio istarum potentiarum, scilicet phantasie et intellectus pro statu isto, quod nihil intelligimus in universali nisi cuius singulare phantasiatur; nec est alia conversio ad phantasma nisi quod intelligens universale imaginatur singulare eius, nec intellectus videt quodquid est in phantasmatibus sicut in ratione videndi; sed intelligens quod quid est relucens in specie intelligibili, videt illud in suo singulari viso per virtutem phantasticam in phantasmate.

292b Ideo dicendum quod duplex est necessitas conversionis intellectus ad phantasma, Una est conformitas actionum potentie intellectivae et phantasie, quid quidquid intelligimus in universali, illud idem phantasiatur in suo singulari, et simul necessario. Ex quo accidit quod impedita operatione phantasie, impeditur intellectus; sicut simul operatio sensus communis et particularis, et impedita operatione sensus ~~xxx~~ particularis, impeditur operatio sensus communis.

292b Antequam igitur intellectus habeat speciem, necessario oportet ipsum converti ad phantasmata, sicut proprium passivum convertitur ad suum proprium activum, a quo simul ab intellectu agente recipit speciem intelligibilem; et si eam habet, recipit intentionem actus quia clarius videt obiectum. (Intensio per conversionem postquam habet speciem)

293a .. illa species dicitur et est habitus, non tamen eiusdem rationis cum illo qui per actus acquiritur. Nam ex actibus non acquiritur nisi habitus ad actus ~~eensilem~~ consimiles; numquam tamen per illam habilitatem fit obiectum in intellectu praesens; per habitum autem qui est species, fit praesens.

308 Sententiae a commentatore; 309 actus vitalis.

355 Sententia Thomae 357 Aegidii 358 improbantur

7
Scotus 1 d 3 q 6 9

Tres breves quaestiones: quid sit intelligere; utrum sit mutatio; utrum ad intellectionem sit generatio, productio.

304b .. prima, cuiuslibet cuiusmodi ~~apa~~ entitas sit intellectio et volitio et huiusmodi operationes immanentes.
(non substantia etc per novem genera) "ergo qualitas."

305b .. Sunt ergo in prima (specie qualitatis), in qua, credo, est omnis perfectio substantiae spiritualis, quae non est Deus, vel quae non est de eius substantia; ergo qualitates.

304b Nec est actio, quia actio non perficit agentem sed passum. Praeterea, actionis est aliqualis terminus realis, hic autem praeter intellectionem, non est aliqualis terminus nec est passio, quia iam non esset ultima perfectio, quare, etc.

305a .. Actio et passio sunt alicuius termini accipientis esse per ipsas; sed operationes immanentes sunt ultimi termini, quibus nihil accipit esse; non anima, nec obiectum, nec enim obiectum accipit esse per ipsas.

305b ... intellectus actu intelligens se habet aliter nunc quam prius; ergo vere est mutatio per se; ergo proprie mutatio ad huiusmodi operationes terminatur.

306 et 307 ..

306a "forma per se non generatur sed compositum" unde .. etsi notitia possit esse terminus mutationis, non tamen generatur nec producitur, sed per se intellectus noscens vel potius homo noscens, quia actiones sunt suppositorum, quare, etc.

307a Unde intelligere et velle in nobis non sunt actiones vel passionis, ut dictum est; dicere autem sive intellectionem producere, et spirare seu amorem elicere, sunt actiones in nobis, et de genere actionis, vel quasi actionis; quare, etc.

Utrum pars intellectiva vel aliquid eius sit causa gignens, vel ratio gignendi notitiam actualem.

361a Ad quaestionem respondeo, et dico quod intellectio actualis est aliquid in nobis, non perpetuum, sed habens esse post non esse, sicut experimur. Istius ergo oportet ponere aliquam causam activam, et aliquo modo in nobis, alioquin non esset in potestate nostra intelligere cum volumus, quod est contra Philosophum in 2 de Anima;

istius intellectionis non est totalis causa activa obiectum nec in se nec in sua specie... nec tota causa intellectionis est anima intellectiva, vel aliquid eius formaliter...

(non prius quia tunc mens qua mens non haberet rationem parentis... neque alterum quia tunc non esset essentialis distinctio intellectionum ex obiecto quod non esset causa intellectionis)

quomodo duae causae concurrunt

363a Sunt igitur causae essentialiter ordinatae ultimo modo, scilicet quod una est simpliciter perfectior altera, ita tamen quod utraque in sua partiali causalitate est perfecta, non dependens ab alia

364a Example of the sun and a man concurring in the generation of a man. (BL Sun like intellectus is causa equivoca; species, c. univoca) et q 8 /vide 389

363b ... si species posset esse inexistens intellectui absque inhaerentia per modum formae, si isto modo inexistens esset sufficienter coniuncta intellectui, possent istae duae causae partiales, intellectus et species coniunctae sibi invicem, in eandem operationem in quam modo possunt, quando species informat intellectum. Quod etiam apparet, ponendo aliquid intelligibile praesens sine specie. Illud enim obiectum est causa partialis, et non informat intellectum, qui est altera causa partialis; sed istae duae causae partiales approximatae absque informatione alterius ab altera, per solam approximationem debitam, causant unum effectum communem.

This-in-mae

387b intelligere est quoddam pati, hoc est, quod intellectio in quantum est quoddam quo formaliter intelligimus, est forma quaedam recepta in intellectu. Non autem intelligimus ea in quantum est quid causatum ab intellectu si causatur ab eo; nam si Deus eam causaret, et eam in intellectu nostro imprimeret, non minus ea intelligeremus...

Utrum principalior causa notitiae sit obiectum in se, vel in specie, vel ipse intellectus.

33

399 Respondeo quod pars intellectiva habet principaliores causalitatem respectu cognitionum modo nobis naturaliter convenientium. Probo primo, quia quando causarum ordinarum altera est indeterminata ad multos effectus et quasi illimitata, altera autem quasi secundum ultimum virtutis suae determinata ad certum effectum, illa quae est illimitatior et universalior, videtur esse principalior et perfectior. Exemplum de sole et de particularibus generantibus. Intellectus autem habet virtutem quasi illimitatam et indeterminatam respectu omnium intellectionum; obiecta autem a nobis naturaliter cognita habent virtutem determinatam respectu determinatarum intellectionum, quae ab ipsis, et hoc secundum ultimum suae virtutis, sicut quodlibet ad intellectionem sui; ergo intellectus est causa universalior et principalior intellectionis quam obiectum pro statu isto.

Secundo quia illa est principalior causa qua agente, alia causa coagit, et non e converso; intellectu autem nostro agente ad intellectionem, obiectum in se vel in sua specie coagit, est enim in potestate nostra intelligere, quia intelligimus cum volumus, 2 de Anima. Hoc autem non est propter speciem principaliter quae est forma naturalis, sed propter intellectum quo uti possumus cum volumus... ~~Principalem autem actionem intellectus,~~

Tamen aliquod obiectum multum excedens facultatem partis intellectivae, puta obiectum beatificum ut est re visum, posset poni habere totam causalitatem respectu visionis, aut principaliores quam pars intellectiva, et hoc propter excellentiam talis obiecti et propter defectum partis intellectivae. Sed de hoc in quarto libro (4 d 49 q 11 et quodlib 14 et 15q)

401a ~~Ad primum autem actum agit pars intellectiva, sive intellectus~~ ~~anges sive possibilis, non curo modo, et species intelligibil~~

Sootus (7) l d 3 q 8

General description of intellection.

401a ... duplex est actus intellectus respectu obiectorum, quae non sunt praesentia in se, qualia sunt illa, quae modo naturaliter intelligimus. Primus actus est species, qua obiectum est praesens ut obiectum actu intelligibile. Secundus actus est ipsa intellectio actualis; et ad utrumque agit intellectus non motus ab eo quod est causa partialis secum concurrens ad illam actionem, licet unum actum intellectus praedat motio eius ad alium actum.

Ad primum autem actum agit intellectus agens cum phantasmate, et ibi intellectus agens est principalior causa quam phantasma, et ambo integrant unam totalem causam respectu speciei intelligibilis.

Ad secundum autem actum agit pars intellectiva, sive intellectus agens, sive possibilis, non curo modo, et species intelligibilis, sicut duae partiales causae, et ibi agit pars intellectiva non mota specie, sed prius movens, scilicet agens ut species sibi coagat.

Cum igitur dicitur obiectum movet non motum, dico quod in utraque motione, obiectum est movens secundarium, licet non sit motum, id est, aliquid recipiens in se a principali sive priori movente. Cum dicis quod intellectus non movet nisi motus, dico quod non movet secunda motione nisi motus priori motione.

401b Contra, cum agens intendat assimilare sibi passum, quomodo principale agens non magis assimilat sibi formaliter? Respondeo principalius agens communiter est aequivocum, et eminentius habet in se perfectionem effectus quam causa univoca, et ideo non magis assimilatur sibi formaliter, quia hoc esse imperfectionis in causa sic assimilari effectui. Sed assimilatur magis, hoc est, dat magis formam effectui per quam sibi assimilatur/aequivoce quam det agens particulare, et ista assimilatio activa est ex perfectione causae, licet non sit magis assimilatio formaliter....
Quod enim formaliter filius est similis patri, hoc magis est a causa remota assimilante filium patri effective quam ab ista causa propinqua, quia quae plus dat formam qua assimilatur, plus dat effective assimilationem.

402a

Imago Dei -- Scotus -- Verum est actualiter intelligere.

In 1 d 2 q 7 n 15 Vives 8: 543

S
Secundus articulus est, quod intellectus informatus notitia actuali essentiali, est principium activum et elicativum notitiae genitae.

Hoc improbo sic: Verbum non gignitur ab intelligentia sed a memoria, secundum Augustinum 15 de Trinit cap 7. Ergo licet in Patre concurrant memoria, intelligentia et voluntas, Pater non gignet Verbum formaliter intelligentia ut quo, sed memoria. Ut autem habet notitiam actualem quasi elicitam et ut actum secundum, est in actu intelligentiae, cuius est omne intelligere actuale; ergo ut sic non gignet Verbum, sed ut est in actu memoriae, id est, ut habet objectum intelligibile praesens intellectui suo, in hoc enim intelligitur actus primus ~~per~~ quasi praecedens actum secundum, quia est actu intelligere.

BL an excellent argument if Augustine had had the opportunity to study Scotus theory of intellectual knowledge.

n. 17. Throws out the function of reflection in the theory of Henricus. Rightly because empirical consciousness. p 549.

n. 21, p. 554 Ad primum respondeo..

In hoc autem principio quod est memoria, concurrunt duo quae constituunt unum principium totale, videlicet essentia in ratione objecti et intellectus ut potentia, quorum utrumque per se est quasi partiale respectu productionis adaequatae huic totali principio

8: 207, 210, 511, 535

540 reflectio intellectus non "nuda"
intellectus ut actus principia
conversio intellectus in actum

Scotus praesens qst Henry

560

9: 208

332

10: 201

9:

45

9: 801